

rit: Si vero permitat aliquid malum, in quo vel Legislator humanus non potest dispensare, vel si potest, non dispensat; obligat iudicem, ne propter illud puniat eum, qui tale malum fecerit. Licet enim similes actus in ordine ad finem legis naturalis, qui est ordo rationis, pessimi sint; & ideo ab ea non permittantur, sed prohibeantur: tamen in ordine ad finem legis civilis, qui est bonum temporale Reipublice, indifferentes sunt, id est minus mali. Nam, ut ait D. Th. hic: *Possunt etiam indifferentes dici omnes illi actus, qui sunt, vel parum boni, vel parum mali.* Parum boni, ut in quibus inest minor bonitas, quam eorum oppositis; eujusmodi sunt tertiz, & quartæ nuptiæ, quæ permittuntur, *Roman. 7. 1. Cor. 7. & Can. 7. Concilii Niceni.* Parum mali, ex quibus tamen est malis, non magna oritur injuria, vel absurditas, comparatione eorum, ad quæ vitanda permittuntur: sicut est simplex fornicatio, dum ad evitanda adulteria, vel majores adhuc turpitudines per humanas leges permittitur, id est, non punitur.

XX. Advertendum tamen censeo; prædictos quatuor legis actus non convenire omni legi, si fiat distributio pro singulis generum; ita ut quilibet singularis lex omnes hos quatuor actus exerceat. Clarum enim est, non omnem legem in singulari imperare, permittere, prohibere, & punire, seu punitionem infligendam decernere; quamvis omnis lex aliquid istorum fiat. Sed æque certum est, quod si fiat distributio pro generibus singularium, cuiusvis generis legi omnia ista conveniant. Nam in genere legis naturalis datur lex, quæ præcipiat, aliqua, quæ prohibeat, aliqua, quæ permittat, aliqua quæ poenas decernat. Idem in genere legis positivæ, sive divinæ, sive humanæ, sive ecclésiasticæ, sive civilis, ut consideranti patebit.

XXI. Solum difficultas esse potest de lege naturali, quomodo dici possit aliqua permittere; cum enim sit participatio legis æternæ, nec peccata venialia, quæ mala sunt minima, permittere potest. Sed tollitur hæc difficultas, observando, non esse de ratione cuiuslibet legis determinate permittere actus malos moraliter; sed vel actus, qui licet sint boni, sunt tamen minus boni; vel esse sint mali, sunt parum mali comparate ad majus bonum, vel majus malum. Quare D. Thomas hic tales actus vocat indifferentes, dicens: *Possunt etiam indifferentes dici omnes illi actus, qui sunt, vel parum boni, vel parum mali.* Eisdem autem lex naturalis non permittat actus, vel leviter malos moraliter; permittit tamen actus, vel minus malos physice, ob majus bonum physicum, sicut sciptionem pedis, vel manus, ob tuendam vitam totius; vel minus bonum, sicut permittit ferri rerum divisionem, dominia acquirere, & servitutem in genus humanum inducere.

QUESTIO II.

De Lege Æternæ.

Explicita natura, & divisionibus legis in communi, ad singulas ejus species descendendum est: inter quas merito principium locum tenet lex æternæ. De hac ergo cum D. Thom. hac quæst. 93. an sit, quid sit, an omnes alie leges ab ea deriventur, & an omnia ab ea dirigantur, eique subjiciantur, sermo erit.

DUBIUM I.

An sit, & quid sit Lex Æternæ?

S. I.

Aliqua prænotantur.

I. Notio primo: rationem divinam practicam, in qua maxime lex divina statuitur, sub alia ratione dici legem æternam, sub alia supremam artem, & sub alia ideam. Quatenus enim omnia per ipsam sunt creata, habet rationem æternam; quatenus est forma, & similitudo rerum æternarum, habet rationem ideæ, seu exemplaris; quatenus autem est ratio gubernationis omnium rerum in supremo Governatore existens, movens, & dirigens omnia ad debitum finem, obtinet rationem legis æternæ.

II. Notio secundo: quod est divina æternæ lex conveniunt cum divina providentia in hoc, quod utraque sit ratio ordinis quilibet res in suos debitos fines; tamen æternæ lex videtur distingui a providentia divina in multis. Primo quidem; quod lex æternæ respicit per se primo bonum commune Universi; providentia bonum particulare cuiuscumque creature. Secundo: lex æternæ dicit in sua ratione vim obligandi; providentia nullam obligationem inferit. Tertio: providentia comparatur ad legem æternam, sicut conclusio particularis ad principium universale, & sicut consequens ad antecedens. Unde S. Th. Q. 5. de Verit. art. 1. ad 6. *Providentia* (inquit) *in Deo proprie non nominat legem æternam, sed aliquid ad legem æternam consequens. Lex enim æternæ est consideranda in Deo; sicut accipiuntur in nobis principia operabilium naturaliter nota, ex quibus procedimus in constituendo. Et eligendo, quod est prudentia, sive providentia. Unde hoc modo se habet lex intellectus nostri ad prudentiam, sicut principium in demonstratione: Et similiter etiam in Deo. Lex æternæ non est prudentia, sed providentia quasi principium.* Ita S. Th. Quemadmodum ergo lex positivæ divina tradit regulas in generali, puta, colendum esse Deum, parentes honorandos &c. juxta quas regulas prudentia colligit, quid hæc, & nunc sit operandum: ita lex æternæ in Deo tradit generales regulas gubernationis Universi v. g. la-

pidem deorsum, ignem furtum moveri, bonum esse sectandum, malum vitandum: juxta quas regulas providentia in motibus creaturarum in particulari disponit. Et ideo providentia lex æternam habet pro principio.

III. Notio tertio: legem æternam distingui a temporali. Primo: quod lex æternæ non est lex lata, sed ferens, non impressa, sed imprimens; non participatio legis alius, sed origo, & fons omnium aliarum, quæ ab ea derivantur, ut dicemus. Secundo: lex æternæ est incommutabilis, cæteræ vero leges variabiles sunt. Quare S. August. *lib. de vera Relig. c. 17.* probat, unum esse Deum veteris, & novi Testamenti, unamque in eo æternam legem, & providentiam exemplo medicinæ: *Ut enim* (inquit) *ars medicinæ eam eadem maneat, neque ullo pacto ipsa mutetur, mutat tamen præcepta languentibus, quia mutabilis est nostra valetudo: ita divina providentia, cum sit ipsa omnino incommutabilis, mutabili tamen creatura variat subiecta: Et pro diversitate morborum aliis alia jubet, aut curat: ut a vitio, unde mors incipit, Et ab ipsa morte ad naturam suam, Et essentiam, ea que deficient, id est, ad nihilum reducat, reducat, Et firmet. Et lib. 1. de Lib. arb. c. 6. Idem S. Augustinus quærit: *Cum ergo sit una lex, ex qua illæ omnes temporales ad homines referantur variantur, nam illo ipsa variari ullo modo potest?* Respondit Evodius: *Intelligi omnino non posse.* Tertio denique distinguitur lex æternæ a temporali, quod huic subjiciuntur tantum homines mortales, & adhue imperii; illi vero etiam beati, & Deo fruentes. Ita respondit Evodius Augustino citato l. 1. de Lib. Arb. c. 15. dicens: *Deus res illos ab amore ipsorum æternorum sub æternæ lege agere cœpit; miseris vero temporales imponitur.* His igitur prænotatis.*

S. II.

Resolutio prior.

IV. Dico primo. Admittenda est in Deo æternæ Dei lex, quæ scilicet Deum ordinat ab æternò, quæ a rationali creatura faciendâ sunt, quæve cavenda. Ita S. Th. hac r. 2. q. 93. art. 1. & cum eo Theologi omnes. Probat S. Doctor sic: Lex nihil aliud est, quam dictamen prædicæ rationis in Principe, qui gubernat aliquam Communitatem perfectam: sed Deus est summus Princeps gubernans, & regens totam universitatem rerum; ergo in Deo debet esse ratio rerum gubernandarum, & consequenter lex. Sed divina ratio nihil concipit in tempore, sed habet æternam conceptionem; ut dicitur *Petrus 8.* ergo hujusmodi lex in Deo existens æternæ est.

V. Confirmatur. In Deo datur providentia; ergo etiam datur lex. Conf. prob. Providentia ex supra dictis cum D. Th. comparatur ad legem sicut conclusio particularis ad generale principium; quia ex generalibus regulis, quas tradit lex, providentia deducit quæ in casibus particularibus faciendum sit, sed in eo, in quo ponitur conclusio, debet poni principium; ex quo conclusio inferitur: qui enim caret primis principijs, sive speculabilibus, sive prædicis, caret etiam conclusionibus, sive notitiis earum; ergo si in Deo est providentia, est etiam lex.

VI. Secundo probatur discursu S. Augustini l. 2. de *Libero arb. cap. 6.* Plurimæ sunt leges temporales invicem contrarie, quarum una concedit, quod alia negat, & omnes iustæ sunt; ergo hoc ideo est, quia est invicem discordent, conveniunt tamen in una ratione, seu lege superiori, ex cuius conformitate iustæ sunt. Afferamus S. Doctoris verba: *Cum ergo duo istæ leges in se videantur esse contrariæ; ut una earum honorum dandorum populo tribuatur potestatem, auferat altera. . . . num dicemus, aliquam earum injustam esse, Et ferri minime debuisse? Respondet Evodius: Nullo modo. At unde hoc: nisi quia ambæ in una superiori lege, quæ iustæ sit conveniunt?*

VII. Legem æternam agnovisse, visus est Tullius lib. 2. de *Legibus*, ubi hæc habet: *Hanc video sapientissimum fuisse sententiam: legem neque hominum ingenijs excogitant, neque scientiam aliquam esse populorum; sed æternam quiddam, quod universum Mundum regeret, imperandi, prohibendique sapientia. Ita principem legem illam, Et ultimam mentem dicebant esse omnium rationis, aut cogentis, aut venantis Dei, ex qua illa lex, quam Dei humano generi dederunt, recte esse laudata. His Tullius suam, & veterum Gentilium Philosophorum promittentiam: in hoc tamen errans, quod, Stoica sequens placita, putat, Deum præcipere, idem esse, ac cogere.*

S. III.

Resolutio posterior Pars.

VIII. Dico secundo. Lex æternæ bene definitur a D. Th. q. 93. art. 1. quod sit: *Ratio divina sapientia, secundum quod est directiva omnium actuum, & motionum creaturarum in ordine ad bonum commune totius Universi.* Ubi ly *directiva* significat directionem cum quadam necessitate, vel obligatione. Lex enim, ut supra docuerat q. 90. art. 1. de *Libero arb. cap. 6.* Lex æternæ (inquit) est *suprema ratio, cui semper obtemperandum est.* Cui conformiter idem S. August. lib. 12. contra *Faust. c. 17.* ait: *Lex æternæ est ratio divina, vel voluntas Dei ordinem naturalem conferendi jubens, perurbani vetans.* Ex quibus constat, legem æternam importare verum præceptum relate ad eos, qui legis, vel præcepti sunt capaces, ut sunt creature rationales; quamvis relate ad creaturas irracionales, præcepti, & legis incapaces, non importet præceptum, sed necessitatem quandam, juxta uniuersumque earum

ram naturam. Constat etiam differentia legis æternæ a divina arte, ideæ, & providentiâ, ut superioris dictum est.

IX. Possit etiam probari bonitas prædicæ definitionis hoc discursu. Lex æternæ, formalissime loquendo, consistit in hoc, quod sit summa reguli, & mensura extensus in Deo, qua omnia Deo subiecta, eorumque actus mensurentur, diriganturque ad bonum commune; hoc autem prædicæ definitione optime exprimitur, ut ostensum est; ergo &c.

S. IV.

An Lex Æternæ sit vera & proprie Lex?

X. Hinc quæritur occasione dant aliqui, inter quos Vasquez, alique Recentiores, volentes, legem æternam non esse vere & proprie legem, sed formam metaphysicæ, & analogicæ. Dico tamen tertio. Lex æternæ est vere & proprie Lex. Hanc esse mentem, nempe S. Thom. sed & S. Augustini citatis locis maxime ex l. 1. de *Lib. arb. constat.* Quia lex æternæ est illa, ex cuius participatione omnes alie dicuntur leges: unde est omnium aliarum legum mensura, regula, & exemplar; ergo lex æternæ non est lex per denominationem, & analogiam ad leges temporales; sed leges temporales sunt leges per denominationem a lege æternæ, ut a regula, & mensura earum; ergo si leges temporales sunt vere leges, multo magis lex æternæ.

XI. Præterea lex æternæ habet quiddam ad rationem vere legis necessarium est: est enim ratio in summo Principe existens, ordinans actus, & motiones totius universitatis rerum ad bonum commune: hanc autem esse vere legis notionem jam dictum est.

XII. Sed dices primo. Legi æternæ deesse promulgationem, cum ab æternò creatura non fuerit, quibus promulgaretur; de ratione autem vere legis est promulgatio.

XIII. Respondeo primo ex dictis, promulgationem non esse essentiam legis, sed conditionem, ut in actu secundo obliget: unde ex quo ab æternò non fuerit creatura, quibus promulgaretur; solam sequitur quod lex æternæ ab æternò in actu secundo neminem obligaret, non ex defectu virtutis, sed ex defectu termini: sicut ab æternò in Deo fuit imperium, quamvis pro æternò nemini imperaret extra se. Sicur ergo ab æternò fuit imperium, non pro æternò, sed pro tempore implendum: ita ab æternò, fuit lex in mente Dei concepta, quamvis pro æternò non promulgaretur, nec implenda, nec in actu secundo obligans. Quare lex considerari potest, vel quatenus derivatur a legendo, seu eligendo: & hoc modo ab æternò est; quia hoc modo in mente Dei statuta, & electa legebatur, & quasi manifestabatur. Alio modo, ut derivatur a ligando: & hoc modo lex considerari potest, vel ex parte Dei ligantis, & obligantis; quibus æternæ est: nam ab æternò habuit vim obligandi. Vel ex parte creature per legem ligatæ, vel obligatæ: & hoc modo cum ab æternò non fuerit creatura; quam obligaret, & cui applicaretur, ab æternò actu non obligavit: fuit tamen ab æternò lex; quia ad rationem legis facta est, ut vim habebat obligandi, quamvis nondum liget, quia nondum applicata, & promulgata.

XIV. Respondeo secundo cum D. Thom. q. 93. art. 1. ad 2. negando ant. Nam *promulgatio sit, & verbo, & scriptis:* Et utriusque modo lex æternæ habet promulgationem ex parte Dei promulgantis: quia, in Verbum Divinum est æternum, & scriptura libri vitæ est æternæ: Sed ex parte creature audientis, aut infipientis, non potest esse promulgatio æternæ.

XV. Nec sequitur, quod solus Pater æternus legem æternam nulerit, & promulgaverit, cum ipse solus Verbum æternum dixerit. Nam sicut licet omnia per Verbum facta sint, & solus Pater Verbum produxerit; non ideo dicuntur omnia facta a Patre, ut Persona ab alijs distincta, quia non omnia facta sunt per Verbum secundum sui propriam, & personalem, sed secundum essentiam, & communiam: ita licet lex æternæ fuerit promulgata a Patre per Verbum, & solus Pater sit principium Verbi: sed tamen non fuit locutum personalem, sed communiam, nempe ut Legislator. Si tamen per appropriationem loquamur, lex æternæ non solum a Patre dici potest lata, & promulgata, sed etiam a Filio, & Spiritu Sancto; cum ad legem tria concurrant: auctoritas, veritas, & bonitas. Ratione auctoritatis potest appropriari Patri; ratione veritatis, quia lex non fertur nisi recta ratione, potest appropriari Verbo, quia sapientia, & veritas est: ratione vero bonitatis, quia lex non est nisi ad bonum, appropriari potest Spiritui Sancto, qui bonitas est.

XVI. Super hoc audiendus est D. Thomas hac q. 83. art. 1. ad 2. dicens: *Circa verbum quodcumque duo possunt considerari, scilicet, ipsum verbum, & ea, quæ verbo exprimitur. Verbum enim vocale est quiddam ab ore hominis prolatum; sed hoc verbo exprimitur, quæ verbi humani significatur. Et eadem ratio est de verbo hominis mentali, quod nihil est aliud, quam quiddam mente conceptum, quæ homo exprimit mentaliter ea, de quibus cogitat. Sic igitur in divinis ipsum Verbum, quod est conceptio patris intellectus, personaliter dicitur: sed omniaguaque sunt in scientia Patris, sive essentialia, sive personalia, sive istam Dei opera, exprimitur hoc Verbo, ut patet per August. 15. de *Trinit. c. 24.* Inter cætera, quæ hoc Verbo exprimitur, etiam ipse lex æternæ Verbo ipso exprimitur. Nec tamen propter hoc sequitur, quod lex æternæ personaliter in divinis dicatur; appropriatur tamen Filio propter convenientiam, quam habet ratio ad verbum.*

XVII. Dices secundo, Lex æternæ nihil aliud est, quam idea rerum in mente divina existentis: sed idea non habet

proprie rationem legis; ergo &c. Maj. prob. ut docet D. Th. hac q. 93. art. 1. lex æternæ est ratio gubernationis rerum in Deo: sed ratio gubernationis rerum in Deo est idea; ut docet idem S. Doct. 2. part. qu. 15. ergo &c.

XVIII. Respondeo. neg. maj. Jam enim superius ex D. Th. ostendimus, quantum differant lex æternæ, & idea in Deo. Quibus addo ea, quæ habet S. D. hac q. 93. art. 1. ad 2. ut ostendat, quod est, ut docet August. l. 83. *Quæstion. q. 46.* rationes rerum in Deo sint plures: singula enim fecit Deus propriis rationibus: una tamen sit lex æternæ; respondet: *Quod Augustinus loquitur ibi de rationibus idealibus, quæ respiciunt proprias naturas singularium rerum: Et ideo in eis invenitur quidem distinctio, & pluralitas secundum diversos respectus ad res; ut in 1. p. qu. 17. art. 2. & 3. habetur est. Sed lex dicitur directiva actuum in ordine ad bonum commune: ut supra dictum est (qu. 90. art. 2.) Ea autem, quæ sunt in seipsis diversa, considerantur ut unum, secundum quod ordinantur ad aliquid commune. Et ideo lex æternæ est una, quæ est ratio boni ordinis. Quibus patet, diversitatem æternæ legis ab ideis divinis consistere etiam in hoc, quod illæ cum dicantur per respectum ad species, & singulas naturas rerum, quæ imitationes Dei sunt, aliquomodo saltem ratione distunguntur, & pluralificantur: lex autem æternæ non sic dicitur per respectum ad res particulares, ut inveniret proprias rationibus distinctas, sed ut omnes respiciunt commune bonum; & ideo una est.*

Neque verum est, quod D. Th. 1. p. q. 15. dicit, ideam esse rationem gubernationis rerum. Dicit quidem, quod idea sit ratio existens in Deo, at non rei ratio gubernandæ, sed rei faciendæ; sive ratio, ad cuius similitudinem res faciendæ est. Unde ratio ideæ in Deo præsupponit ad legem æternam: prius enim concipitur ratio faciendi rem, quam ratio eam iam factam gubernandi: sicut in re creata prius supponitur creatio, quam eujusdem gubernatio.

DUBIUM II.

An omnis Lex derivetur a lege Æternæ.

S. I.

Resolutio Dubii.

I. Dico. Omnes leges iustæ, & proprie dicte a lege æternæ derivantur. Ita committitur ex D. Th. hac q. 93. art. 3. Probatur primo ex Scriptura. *Proverb. 8. v. 15. & 16.* *Per me Reges regnant, & legum conditores iustæ decernunt. Per me Principes imperant, & Patentes decernunt iustitiam. Quare Christus Jo. 19. v. 11. Pilato: Non habes potestatem nisi quæ a me sit. Non est potestas nisi a Deo. . . . Itaque quævis sitis potestati a Dei ordinationi respicit.*

II. Hoc idem sentit S. August. *Tim. l. 1. de Lib. arb. c. 6.* ubi Evodius alloquens: *simul* (inquit) *etiam se videns abstrahit in illa temporali (lege) nihil esse iustum, arguo legitimum, quod non ex hac æternæ sibi homines derivantur. Tum l. 1. de vera Religione c. 31. ubi ait: Conditor tamquam legum temporalium, sicut bonus est, & sapiens, illam ipsam consilii æternam, de qua nulli anima iustificare daturum est: ut secundum eas incommutabiles regulas, quæ sit pro tempore jubendum, vitandumque distingeret. Et 276. in Evodium quærens: quomodo Moyses dicere populum, & ostendit ei præcepta Dei, & leges ejus; cum egeret: Nisi quia lex Dei conscripta esset, hoc non potuisset dicere. Sed adhuc nullus conscripsit, nisi quam consulerit omnes pie mentes; ut quod in eis inventum, vel factum, vel jubent, vel venet, secundum quod illa incommutabiliter veritate præceptum. Ex quibus verbis non est colligendum, quod omnes, vel bene agentes, vel legem aliquam ferentes constituent legem æternam in seipsam, seu prout in Deo est; hoc enim docet D. Thom. hac q. 93. art. 2. homini esse impossibile in hac vita; sed in aliqua eius irradiatione, vel participatione: *Omnia enim* (inquit S. Thom.) *cognitio variat est quodam irradiatione, & participatio legis æternæ, quæ est veritas incommutabilis, ut August. dicit in l. de vera Relig. c. 31. Veritatem autem omnes aliquantulum cognoscunt, ad minus quantum ad principia communia legis naturalis: in alijs vero quiddam plus, & quiddam minus participans de cognitione veritatis; & secundum hoc etiam plus, vel minus cognoscunt legem æternam.* Hæc D. Th. laudato hæc.*

III. Hanc veritatem probat S. Th. hoc art. 3. hoc diffinitiva. In omnibus moventibus ordinatis virtus secundum moventis derivatur a virtute primi moventis: atqui lex æternæ est primum movens in genere legum, cum sit ratio gubernationis in supremo Governante movens, & dirigens omnes actus, & dirigunt, ac movent tamquam secunda moventi; ergo omnes alie leges derivantur a lege æternæ a maiorem partem. Quia Movens secundum sui motum, nisi in quantum movetur a primo. Unde in omnibus gubernantibus istud videmus, quod ratio naturalis a primo gubernante ad secundum derivatur; sicut ratio eorum, quæ sunt agenda in civitate derivantur a Rege per præceptum in inferiores administratores; Et in artificialibus etiam ratio artificialium actuum derivatur ab architecto ad inferiores artifices qui manu operantur.

IV. Probatur etiam. Lex æternæ est lex per essentiam, omnes autem alie sunt leges per participationem; sed omne, quod est tale per participationem, derivatur ab eo, quod est tale per essentiam: sicut omnia entia per participationem derivantur a Deo qui est ens per essentiam; ergo omnes leges a lege æternæ derivantur.

ea, quae per homines fieri possunt, subdantur gubernationi hominis: ita ea omnia, quae per Deum fieri possunt, subdantur gubernationi divinae: talia autem sunt omnia, etiam necessaria, quae in rebus creatis inventiuntur: ergo omnia legi aeternae subiecta sunt. Hinc Psal. 148. ver. 5. & 6. de Angelis, & peccatoribus etiam de Sole, Luna, & Stellis, quae res inaequales sunt, legitur: *Ipsi dicite: & facta sunt, ipse mandavit, & creata sunt. Sciat enim in aeternum, & in saecula saeculorum, praecipuum possit, & non praeteribit.* Quibus conformiter Prov. 8. ver. 27. Sapientia aeterna dicit: *Quando praeparabas Caelum, adoravi: Quando circumdabas abyssos: Quando circumdabas montes terminum suum, & legem ponebas aquis, ut transirent fines suas... cum eo etiam cupiebam componere. Ubi per legem intelligitur inclinatio naturalis, vel instinctus ab aeterna lege derivatus, & rebus illis impressus.*

XIX. Sed dices: Res necessariae aliter se habere non possunt: ergo non egent lege, qua dirigantur, seu cohibitione, qua frenentur.

Respondet cum S. Thom. hoc art. 4. ad 4. *Quod sicut Philosophus dicit in 5. Metaph. 6. Quaedam necessaria habent causam suam necessitatis: Et sic hoc ipsum, quod impossibile est, ea aliter se habere, habent ab alio. Et hoc ipsum est cohibere quaedam efficiantur. Quasi dicitur: hoc ipsum, quod est aliter non posse se habere, habent ab aeterna lege, cui ita subiectantur, ut iuxta naturam suam conditionem libenter, & eodem modo semper se habeant, vel quoad suum esse, vel quoad suum operari: licet iuxta Dei potentiam possent accipere varietatem, si ipse vellet. Uno verbo (inquit D. Thom. 1. par. qu. 103. art. 5.) *Sicut nihil potest esse, quod non sit a Deo creatum: ita nihil potest esse, quod eius gubernationi non subiacet.**

XX. Quaesitio: An aeterna essentia rebus legi aeternae subdantur. Respondet affirmative. Nam quod humane naturae convenit esse rationale, ex divina sapientia, & ordinatione est dispositum. Et quae etiam procedunt, quod ille essentiae ponantur extra suam causam, seu productantur ubi, quando, & quo modo voluerit.

XXI. Dico secundum Contingentia naturalia, quomodo sunt motus, & actiones rerum irrationalium, sive animalium, sive inanimatarum, & ipsae res irrationales, legi aeternae subdantur. Ita D. Thom. hic art. 5. dicens: *Omnes moventur, & actiones rerum naturae legi aeternae subdantur.* Et Div. August. lib. 19. de Civit. Dei cap. 12. *Nullo modo (inquit) inde aliquid legitur illis: Creaturis, ordinantibusque subiacent, a quo ipsa universitatis administrantur.* Item lib. 83. Quaesit. qu. 27. ait: *Lex ipsa immutabilis manet, & omnia mutabilia pulcherrima gubernatione moderatur.* Quibus Scriptura consonat: Psal. 148. ver. 8. *Ignis, quando, nix, glacies, & spiritus procellarum, & quae faciunt verbum eius.* Matth. 8. ver. 27. *Ventus, & mare obediant ei.* Job 29. ver. 26. *Quando ponebat pluviam legem.* Et cap. 38. ver. 11. *Deus dicit mari: Uspice huc venies, & non praecedes impetum, & hic constringes caput fluctus tuos.*

XXII. Ratio autem eadem est, ac superior. Quaecumque enim subdantur gubernationi divinae, subdantur etiam legi aeternae: sed omnia naturalia contingentia, omnes motus, & actiones creatur irrationales, sive animatae, sive inanimatae subdantur gubernationi divinae: ergo, etiam subdantur legi aeternae.

XXIII. Constat autem, in tantum homines legem imponere nequeunt irrationabilibus, etiam haec eis inserviant, ac subdantur, quia homines solum praecipere possunt media denominatione, cuius irrationabilia incapacia sunt: non autem principia activum eis imprimendo: sed Deus imprimi toti naturae principia proprium actum: ergo hoc modo praecipit toti naturae iuxta illud Psal. 148. ver. 6. *Praecipuum possit, & non praeteribit.*

XXIV. Dices primo: Creaturae irrationales nullo modo sunt capaces legis, ut est apud August. qu. 24. in Levitic. Tam quia lex debet imponi eis, quibus datur, ut illam praecipiant, & exequantur: creaturis autem irrationabilibus non potest haec impositio fieri, cum non sit capax percipere legem. Tum quia de natura legis est, inducere obligationem moralem: huius autem creatura irrationales capax non est.

XXV. Respondet, legem aeternam omnia creata sibi subdicere, non tamen eodem modo, sed iuxta cubile naturam, & capacitatem. Alio enim modo subdicit sibi, rationalia capacia intellectus, alio irrationalia. Unde (inquit D. Thom. hoc art. 5.) *Creaturae irrationales subdantur legi aeternae, in quantum moventur a divina providentia, non autem per intellectum: sicut creaturae rationales.* Augustinus autem ibi loquitur de lege positiva divina, cuius irrationalia non sunt capacia, quia incapacia delicti, & poenae, nisi per metaphoram: non tamen loquitur de lege aeterna, cuius omnia suo modo capacia sunt.

XXVI. Quaesitio: An aeterna probat, dicitur, legem aeternam creaturis irrationabilibus imprimi, & incitari sui modo, ut patet per impressionem principii activi, quae hoc modo se habet ad res naturales, sicut se habet promulgatio legis quantum ad homines: quia per legem promulgationem imprimitur hominibus quaedam determinatum principium humanorum actuum. Ita S. Doct. ver. 5. ad 1. Itaque Deus dicitur tunc eis legem aeternam imprimere, ac incitare: quando in eis ponit facultates operativas, quarum quilibet ad propriam operationem ordinatur: illae autem tunc dicuntur legem aeternam percipere, quando illas facultates recipiunt: & tunc Deum audire, vel Deo obedire, quando secundum eas operantur. Unde Hieronymus ad illa verba: *Imperavit, & mari, Matth. 8. ver. 26. Ex hoc loco (inquit) intelligimus, quod omnes creaturae sentiant Creatorem. Quae interpretatur, & quibus imperavit, sentiant imperantem: non error, haereticorum, qui omnia parate animantia, sed maiestate Conditoris. Quae apud nos insensibilia, illi sensibilia sunt.*

Non obest, quod 1. Erh. cap. ultimo dicitur: *Et, quae obediunt rationi, participat aliquantulum rationem.* Nam, ut ait D. Thom. laudatus ad 2. *Creaturae irrationales non participant ratione humana, nec ei obediunt: participant tamen per modum obedientiae ratione divina. Ad plura enim se extendit virtus rationis divinae, quam virtus rationis humanae. Et sicut membra corporis humani moventur ad imperium rationis: non tamen participant ratione, quia non habent aliquam apprehensionem ordinem ad rationem: ita etiam creaturae irrationales moventur a Deo, non tamen propter hoc sunt rationales. Apertissimum sane exemplum!*

XXVII. Hinc ad secundam probat, ex iam dictis respondeo, legem aeternam inducere obligationem, proportionaliter tamen ad naturam, cui incitatur. seu imprimitur: nempe, vel moralem, si incitatur naturae rationali: capax praecipit proprie dicti: vel naturalem, dum imprimitur naturae irrationali, non ratione, sed natura sequenti praefata legis ordinationem.

XXVIII. Dices secundo: Lex aeterna est efficacissima: sed creatura irrationales interdum deficient in suis effectibus, quomodo aliqui saepe accidunt deficientes, & inofficiosi: & aqua saepe ascendit sursum, quae tamen ordinata est ad descensum deorsum: ergo non subdunt legi aeternae.

XXIX. Respondet cum S. Thom. hic ad 3. neg. conf. Nam defectus, qui accidit in rebus naturalibus, quantumvis sint praeter ordinem causarum particularium, non tamen sunt praeter ordinem causarum universalium, & praecipue causa prima, quae Deus est: cuius providentiam nihil subesse potest. Et quia lex aeterna est ratio divina providentiae, ad illam est, ideo defectus rerum naturalium legi aeternae subdantur. Unde etiam aqua dum ascendit sursum, sequitur ordinem legis aeternae: quia statum est quidem, ut naturaliter aqua descendat, nisi nullum aliquid impedimentum: sed statum est etiam, quod si aliqua causa oppositum exigat, aqua, vel flet, vel etiam ascendat.

XXX. Dices tertio: Ea solum legi subdantur, quae praemii, vel poenae capacia sunt: sed creaturae irrationales, ut patet, cognitionis, & libertatis expertes, nec praemii, nec poenae dignae sunt: ergo &c.

XXXI. Respondet, neg. maj. loquendo de lege aeterna: quae cum omnia creata sibi subdicit, & regat, & etiam rationis, & libertatis expertis, seu directione non morali solum, sed etiam naturali, non petit, ut omnia sibi subiecta digna sint praemio, vel poena. Veritatem est, quod si homo abstinere brutis, factaque ea inservire iniquitati, aliquando poena homini inflicta extenditur ad bruta. Unde Levit. 20. ver. 16. legitur: *Mulier, qui fuerit concubina castro jumento, simul interficietur cum eo: sanguis eorum fiet super eam.* Super quo August. lib. 19. in Levit. Quartus (inquit) quomodo sit verum peccat, cum sit irrationale, nec ullo modo legi capax. Ita quem admodum transfunditur verba modo locutionis, quae gratia appellatur. Metaphora, ab animalis, sicut dicitur imperio ventus, vel iterum mare: ita & hic transitum est a rationali ad irrationale: Nam poena inde credendum est iuxta interest, quia tali flagitio contaminata, indignam respectus facti memoriam.

§. IV.

De Creaturis Rationalibus.

XXXII. CUM duplici modo creatura subdici possit legi aeternae, vel inquantum participat eam per modum cognitionis, & passionis, quo pacto eam participat irrationalia: certum est, hominem, cuiusque actiones utroque modo legi aeternae subdici. Quia, & in homine non minus, quam in irrationabilibus est inclinatio naturalis ad id, quod est consonum legi aeternae: & insuper in eo est modus proprius participandi eam modo rationali, id est, per cognitionem. Porro uterque iste modus imperfectus est, & quodammodo corruptus in malis, in quibus est inclinatio naturalis ad vitium depravatam per habitum vitiosum, & iterum ipsa naturalis cognitio boni in eis obtenebratur per passionem, & habitum peccatorum: uterque autem invenitur perfectior in bonis, quia & supra naturalem cognitionem boni superadditur eis cognitio fidei, & sapientiae: & supra naturalem inclinationem ad bonum, superadditur eis interior motus gratiae, & virtutis. Haec D. Thom. hac qu. 93. art. 6. Cohærenter ergo ad ea.

XXXIII. Dico quarto: Legi aeternae subdantur omnes homines, tam boni, quam mali, & reprobi: boni tamen perfecte, mali vero solum imperfecte. Assertio quoad omnes partes ex dictis apparet. Prima quidem: Nam tam in bonis, quam in malis est participatio legis aeternae, tam secundum cognitionem, quam secundum naturalem inclinationem. Rursus, tam boni, quam mali divina subsunt inclinationem. Rursus, legi aeternae. Quare D. August. lib. 5. de Civit. Dei cap. 9. *In rebus (inquit, nempe Dei) voluntate summa potestas est, quae creaturam spirituum voluntate bonas adjuvat, malas judicat, omnes ordinat.* Unde qui peccando a lege Dei praecipiente recedit, incidit in legem Dei iudicantem, atque punientem. Hinc idem S. Doct. lib. de Spiritu & litter. cap. 23. ait: *Indepet quidem contra voluntatem Dei factus: cum eius Evangelia non credunt: ut ideo tamen eam vincunt, utrum sibi sitis fraudant magis, & summo bono, nullisque poenitentibus implicit: experient in supplicio potestatem eius, iuxta in deus inferiorum divina contempserunt: ita voluntas Dei semper invicta est.*

Secunda etiam pars ex dictis apparet. Nam boni supra cogni-

De Lege Naturali.

Inter leges, quae, ut dictum est, omnes sunt participationes legis aeternae, prima, quae legem aeternam ad creaturam rationalem quasi deserit, ac manifestat, est lex naturalis. Propterea D. Thom. quaestioni de lege aeterna immediate faccedere facit quaestione 94. de lege naturali. Cujus vestigia & nos sequentibus Dubiis pretemus.

DUBIUM I.

An sit, & a quo sit Lex Naturalis?

§. I.

Lex Naturalis Existens.

I. Ceteri nomen juris, seu legis naturalis videntur differere a Theologis Juristis. Nam hi distinguuntur supra in naturali, & gentium, dicunt, ius naturale esse illud, quod est homini commune cum brutis: ut conjunctio maris, & feminae, liberorum procreatio, & educatio. Ius gentium vocant, quod solis hominibus inter se esse commune: ut Religio erga Deum, obsequium erga patriam, & parentes. Et hoc iure dicunt introduci esse belli, servitutem, divisiones agrorum, & contractus: ut videre est ff. de iustitia, & iure lib. 1. sequent. & Institution. de iure naturali, gentium, & Civilis S. 1. Et. Hinc videtur sequi omnia pracepta Decalogi ad ius gentium pertinere, non ad naturale: non enim omnia communi sunt hominibus cum brutis, sed solis hominibus inter se communia. Theologi vero ius naturale vocant, quod est instinctu naturae rationalis omnibus hominibus commune est inter se. Et in hoc sensu distinguitur etiam a iure gentium, & sumitur a nobis in praesenti.

II. Dari ergo legem naturalem, seu legem instam in nobis a natura quatenus rationali, a nemine rationis compositi negari potest: Nam insuper tradit Apostolus Rom. 2. ver. 14. & 15. dicens: *Cum enim Gentis, quae legem non habent, naturaliter, ea quae legis sunt, faciunt, ejusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex: Qui ostendunt opera legis scriptam in cordibus suis, testimonium reddente illi conscientiae ipsorum, & inter se invicem cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus. Quibus legem naturalem in cordibus scriptam ostendem, & dicantem, quid fit agendum, vel non agendum apte describit, iuxta illud Psal. 4. ver. 6. Multi dicunt: Quis ostendit nobis bona? Statimque respondet Propheta ver. 7. Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine.*

III. Legem naturalem fuisse est S. Angul. lib. 2. Confess. cap. 4. dicens: *Furtum certe fuit lex tua, Domine, & lex scripta in cordibus hominum, quam ne ipsa quidem delicti iniquitatis. Item in Psal. 57. nu. 1. Manu (inquit) formatoris nostri in ipsis cordibus nostris veritas scripta: Quod tibi non vis fieri, ne facias alteri. Haec antequam lex daretur nemo ignorare permittit est. Et Serm. 25. in Psal. 118. exponens textum Pauli supra allatum: Quis (inquit) ista est lex, nisi forte illa, de qua idem dicit Apostolus: Gentis, quae legem non habent, naturaliter quae legis sunt, faciunt. Nihil enim est, quod facit delictum iniquitatis, nisi qui fieri vult sibi: & in hoc transgreditur naturam legem, quam non sinit ignorare, dum id, quod facit, non vult pati. Quam veritatem confirmat Ambrosius lib. 9. Epist. 71. ubi ad precitata Apostoli verba addit: *Et igitur lex non scribitur, sed innascitur, nec aliqua percipitur laetitia, sed profusio quadam naturae fontis in singulis exprimitur, & humanis ingenii hauritur.**

IV. Id quoque minister Ratio. Nam non minori cura debuit provideri homini inter omnes creaturas praesentissimum, quam ceteris creaturis provifum sit: sed ceteris creaturis rationis, ac libertatis expertibus provifum est de virtutibus, & naturalibus inclinationibus, quibus ad suos fines agerentur, ergo id potiori iure debuit homini provideri. Cum vero finis hominis naturalis sit bonum rationis: debuit ei indilumen, quo recte ad dictum finem se dirigere posset: quod aliud non erit, quam naturalis lex.

V. Rursus: Datur in homine lumen ingenium, quo prima principia rerum speculabilia possit deterege, absque ullo superaddite scientiae beneficio: ergo pari ratione in eo dari debet lumen ingenium, quo rerum agibillium principia quae dispredendere: hoc autem legem naturalem dicitur.

VI. Tertio tandem. Nam cum homo sit ad societatem naturalis, ab ipsa natura habere debuit, quae in societatem perfecte vivere posset: at, ut ex August. dictum est, non posset perfecte in societate vivere, nisi a natura lumen haberet, quo detegeret, non esse alteri faciendam, quod sibi nollet: ergo &c.

VII. Hanc veritatem hisce verbis egregie expressit Tullius lib. de Legibus: *Est quidem vera lex recta ratio naturae congrua, diffusa per omnes, constans, sempiterna, quae vocat ad officium, jubendo, vitando, a fraude deterret. Haec igitur legi nec protergari fas est, neque derogari aliquid licet, nec totum abrogari potest. Nec vero per Senatum, aut per populum solvi haec lege possumus: nec est querendus explanator, aut interpret alius. Non erit alia lex Roma, alia Athenis, alia nunc, alia postea: sed & omnes gentes, & omni tempore una lex, & sempiterna, & immutabilis continent: uniuscujusque erit communis quasi magister, & Imperator omnium Deus. His verbis legem naturalem asserti, & encomio celebrat non unus ex Ecclesiae Patribus, sed Tullius errore gentilitatis detentus.*

gnitionem boni habent cognitionem fidei, & sapientiae: & supra naturalem inclinationem superadditur eis motum gratiae, & virtutis. Ex quo fit, quod semper secundum legem aeternam operentur, actu nimirum, vel habitu: quomvis enim poenae venialiter ejusmodi tamen peccata, neque excludunt ordinem habituale ad Deum, neque perfecte sunt contra legem aeternam: ergo boni perfecte subduntur legi aeternae. Tertia etiam pars liquet. Nam in malis, & reprobis inclinatio ad vitium per habitum vitiosum depravatam, naturalis cognitio obtenebratur per passionem: quo fit, ut imperfecte cognoscant bonum in particulari practice, & imperfecte inclinatur in illud quoad affectum, & effectum: unde a lege aeterna percipiente se subtrahunt, licet non se subtrahant ab eadem, ut permittente, & puniente.

XXXIV. Ex his soluta manent instantia, quae fieri potest. Quomodo nimirum peccator subdatur legi aeternae, si dum peccat ab ea recedit? Nam respondeo, quod dum ex una parte peccando a lege aeterna recedit, ex alia in legem aeternam incidit, &ique subdicitur. Lex enim aeterna est ad instar circumculi, & propterea factus est, qui est intra circumculum, dum fugit unum ejus partem, alteri parti appropinquat: ita cum peccator partem relictam a lege aeterna ab una parte fugit, in aliam partem relictam a lege aeterna appropinquat, tanquam magis opposita parti Cali appropinquare. Ita quomvis homo, vel malus Angelus divina voluntate, & ordinationi subiacere vult, non tamen eam fugere vult, quia si vult fugere de sub voluntate jubente currit sub voluntate permittente. Et si quis quae transiit, non sibi sub voluntate permittente: & hoc ipsum quod pervenire vult, aut agit, in universitate praefata ordinem, & pulchritudinem summa sapientia convertit. Ita S. Anselmus, & praecare quidem.

XXXV. Hinc S. Thom. hoc art. 6. ad 2. exponens Apostoli verba Rom. 8. ver. 7. *Prudentia carnis inimica est Deo: legi enim Dei subiecta non est: Prudentia carnis non potest subdici legi Dei ex parte adionis: quia inclinatur ad actiones contrarias legi divinae: subdicitur tamen legi Dei ex parte passionis: quia movetur pati bonum secundum legem divinae justitiae. Nihilominus tamen in nullo homine ita prudentia carnis dominatur, quod naturam naturae corrumpat. Et ideo remanet in homine inclinatio ad agendum ea, quae sunt legis aeternae: dicitur enim supra (qu. 87. art. 2.) quod peccatorum non tollit totum bonum naturae.*

XXXVI. Dices contra primam partem. Div. August. lib. 1. de lib. arb. cap. 6. dicit: lex aeterna est, quae mali miseriam, boni vitam beatam merentur: sed homines vel jam damnati, vel jam beatum non sunt in statu merendi, ergo non subsunt legi aeternae.

XXXVII. Respondet S. Thom. art. 6. citato ad 3. nego conf. Nam idem est, per quod aliquid conservatur in fine, & per quod movetur ad finem: sicut corpus gravitate quiescit in loco inferiori, per quam etiam ad locum ipsum movetur. Et sic dicendum est, quod sicut secundum legem aeternam aliqui merentur beatitudinem vel miseriam: ita per eandem legem in beatitudine, vel miseria conservantur. Et secundum hoc Beati, & Damnati subsunt legi aeternae. Ubi dicit S. Doct. quod secundum legem aeternam moriturus est, non quia lex aeterna est causa proxima meriti, vel demeriti: haec enim est voluntas: sed quia per legem aeternam ordinatum est, ut qui bene agunt, mereantur vitam aeternam, qui vero male, atque vitium miseriam. Qui aeternae legis ordo etiam in inferno servabitur. Quamvis enim Job 10. ver. 22. dicit, quod ibi erit nullus ordo, nempe, dignitatis, quam miseri in hoc Mundo habuerunt: nullus item ordo luminis post tenebras, refrigerii post poenitentiam: erit tamen ordo aeternae legis, ut Damnati ita ei subdiciantur, ut velint, nolint, pariantur plus, aut minus, secundum eorum demerita: & sic iustitiae ordo servetur.

XXXVIII. Dices contra secundam partem. Galat. 5. ver. 18. dicit Paulus: *Si Spiritus ducimini, non estis sub lege: sed eodem Paulo teste, Roman. 8. ver. 14. Quicumque Spiritus Dei agitur, et sicut filii Dei: ergo filii Dei, nempe, iusti non sunt sub lege aeterna.*

XXXIX. Respondet cum D. Thom. hoc art. 6. ad 1. diff. conf. Non sunt sub lege per timorem, sed sicut ille, qui natus obligationem legis, subditur ei quasi cuidam ponderi, conc. conf. Per amorem, sicut filius voluntarie subditur patri, nego conf. Unde August. lib. de Natura, & Grat. cap. 58. ait: *Sub lege est enim qui timore supplicii, quod lex minatur, non amore justitiae, se fontis affluere de opere peccati nondum libet, nec aliter a voluntate peccandi. Ergo si Spiritus ducimini, non estis sub lege: atque legi, quae timorem incutit, non tribuit civitatem: quae civitas Dei diffusa est in cordibus nostris, non per legis litteram, sed per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis. Haec est lex libertatis, non servitutis, quia charitatis utique, non timoris. Ita Augustinus. Unde S. Thom. subdit: *Et hoc modo Spirituales viri non sunt sub lege, quia per charitatem, quam Spiritus Sanctus cordibus eorum infundit, voluntas id, quod legis est, implent, Aliam responfionem tradit ibi S. Doctor a Studiofio videndum.**